

et peripheriam posito. Orthoceras dicti Breyn. p. 26. 3j.

III.

Ammonitæ minores recti, vel tantillum incurvati Conoidi Alveoli dicti Luid. p. 69. t. 14.

Nautili marini, et lapidei Nautilitæ dicti

Crassi concamerati cum siphunculo concamerationes per medium pervadente, ac horizont aliter ita in se convoluti, ut spira interna intra externam lateat.

I.

Nautilus marinus crassus per medium horizontaliter serrâ divisus, ut eius concamerationes cum septis semilunaribus et siphunculo apparent.

II.

Nautilus marinus crassus naturalis secundum suam structuram externam, ac colores representatus; cui subiungitur petrificatus Nautilites dictus.

Belemnina marina, et lapidea Belemnitæ dicta

Coniformes in basi camerati, id est, monothalamii cum siphunculo ad apicem usque, prope axem pervadente.

I.

Belemnitæ Helvetici subrotundi, vel leviter compressi in apice sulculo donati, alio basi incluso prægnans, tubulo vermiculari, et Ostracite adhaerente, erosus, et rimâ in sulculum mutata. Frustrulo in basi extra latere emoto.

II.

Belemnitæ sulcati per integrum unimulatus, Blectrini cylindroidi, calcinati, semicalcinati cum materia terrestri in cavitate basos inclusa, fluore obducti ferrugineo.

III.

Belemnitæ Prussici à Breynio exhibiti, cum camera conoidiâ in basi, et siphunculo ab eâ derivato, ac prope axem ad apicem usque, propagato, inque summitate in papillulam abeunte, cum nucleo lapideo camera quandoque incluso; quibus tandem subiungitur matrix Helveticorum.

Echini marini, et lapidei: Echinitæ dicti

Seu crustacea marina naturalia, vel petrificata camera, id est, monothalamia, plerumque rotunda, vel subrotunda figure.

I.

Echinus marinus ab antiquis ob copiam ovorum Ovarius dictus integer, ac adhuc radiolis suis, aculeisque armatus. Idem radiolis spoliatus, ut eius papillæ mamillares scutulata cum papillis mamillaribus et simplicibus appareant, earumque mirus ordo observari possit.

II.